

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Leiunium ae  
cum fonte primo

Aliis diebus ieiunare aut remedium aut premium est,  
in quadragesima non ieiunare peccatum est.  
Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgenciam,  
in hiis diebus qui potest, et non ieiunat, senciet penam.

Cesarius in ammonitione secunda.

Rogo vos, fratres carissimi,  
ut in isto legitimo ac sacratissimo quadragensimae tempore  
exceptis dominicis diebus nullus prandere praesumat,  
nisi forte ille quem ieiunare infirmitas non permittit:  
quia aliis diebus ieiunare aut remedium aut praemium est,  
in quadragesima non ieiunare peccatum est.  
Alio tempore qui ieiunat, accipiet indulgentiam:  
in his diebus qui potest, et non ieiunat, sentiet poenam.

Caesarius Arelatensis, *Sermones*, 199.1 (CCSL 104,  
G. Morin ed., p.803).